



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Non probat à secularibus agi de Religione.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

animarum tractandas, priuata domo à Canonis oblata contentus, illico reddidit se suggestus sacro quoq; die, perque Domini aduentum ter hebdomada perorabat. Audiebatur cupide omnibus, ac præcipue à Presulibus sacris, qui no solum incendebantur ad defensionem prisci, g maniq; cultus, sed etiam de Societate bonam istimationem hauriebant, & in Diœcesibus su domicilia ei meditabantur. Rex Colloquio de ligione aditum aperuerat, perinuito sane Can sius, nihil boni sperandum clamante per Collo quia quocunque modo fierent: nec leue incom modum metuendum quicquid de religione a

*Non probat  
secularibus  
agi de Reli-  
gione.* tingeretur, non autore Romano Pontifice. Ita contra eam rem grauem, ac doctam lucubratio nem edidit: Episcoposque, vt omni ope resisteret confirmauit. Optimam Ferdinandi mentem i summas compellebant angustias maximi aduersus Austriam Turcarum apparatus, & Hæretico rū impia pertinacia: qui, vt supra de Bauaris narabamus, & seditionesorum omnium, ac turbulentorum mos est, Reipublicæ tempestates tempora sua rati, nisi extorquerent, quod ad propagatio nem impietatis rabide appetebant, Regi subsidia

in